nu d et seruorum eius: XXII

Locutus est autem dauid domino u
erba carminis huius in die qua lib
erauit eum dominus de manu omnium i
nimicorum suorum et de manu saul: et ait:
Dominus petra mea et robur meum et sal
uator meus: Deus meus fortis meus:
sperabo in eum: Scutum meum et cornu
salutis mee: eleuator meus et refugium
meum: Saluator meus: de iniquitate
liberabis me: Laudabilem inuocabo domi
num: et ab inimicis meis saluus ero: Quia
circumdederunt me contritiones mortis:
torrentes belial terruerunt me: Funes in
ferni circumdederunt me: preoccupauerunt
me laquei mortis: In tribulacione inuocabo
dominum: et ad deum meum clamabo: Et ex
audiuit de templo sancto suo uocem meam:
et clamor meus ueniet ad aures eius: Com
mota est et contremuit terra: fundamen
ta montium concussa sunt et conquassa
ta: quoniam iratus est eis deus: Ascen
dit fumus de naribus eius et ignis de
ore eius uora carbones succensi sunt
ab eo: Et inclinauit celos et descendit: et cali
go sub pedibus eius: Et ascendit super cheru
bin et uolauit: et lapsus est super pennas uen
ti: Posuit tenebras in circuitu suo lati
bulum: cribrans aquas de nubibus celorum:
pre fulgore in conspectu eius: succensi sunt
carbones ignis: Tonabit de celo dominus:
et excelsus dabit uocem suam: Misit sagit
tas et dissipauit eos: fulgur et consumpsit
eos: Et apparuerunt effusiones maris: et
reuelata sunt fundamenta orbis: Ab in
crepacione domini: ab inspiratione spiritus fu
roris eius: Misit de excelso et assumpsit
me: et extraxit me de aquis multis: Libe
rauit me ab inimico meo potentissimo:
et ab hiis qui oderant me quoniam ro
bustiores me erant: Preuenit me in die
afflictionis mee: et factus est dominus
firmamentum meum: Et eduxit me in lati
tudinem: Liberauit me quia placui ei:
Retribuet michi dominus secundum iustici
am meam: et secundum mundiciam manu

um mearum reddet michi: Quia custodi
ui uias domini: et non egi impie a deo
meo: Omnia enim iudicia eius in con
spectu meo: et precepta eius non amoui
a me: Et ero perfectus cum eo: et custodiam
me ab iniquitate mea: Et restituet michi
dominus secundum iusticiam meam: et secundum
mundiciam manuum mearum in conspectu
oculorum suorum: Cum sancto sanctus e
ris: et cum robusto perfectus: Et cum elec
to electus eris: et cum peruerso peruerteris:
Et populum pauperem saluum facies: oculis
que tuis excelsos humiliabis: Quia tu
lucerna mea domine: et tu domine illu
minabis tenebras meas: In te enim curram
accinctus: in deo meo transsiliam mu
rum: Deus immaculata uia eius: elo
quium domini igne examinatum est:
scutum est omnium sperancium in se: Quoniam
quis deus preter dominum: aut quis for
tis preter dominum nostrum: Deus qui ac
cinxit me fortitudine: et complanauit
perfectam uiam meam: Coequens pedes
meos ceruis: et super excelsa mea statuens
me: Docens manus meas ad prelium:
et componens quasi arcum ereum bra
chia mea: Dedisti michi clipeum salutis
tue: et mansuetudo mea multiplicauit
me: Dilatabis gressus meos subtus me:
et non deficient tali mei: Persequar inimi
cos meos et conteram: et non conuertar do
nec consumam eos: Consumam eos et
confringam ut non consurgant: cadent sub
pedibus meis: Accinxisti me fortitudine
ad prelium: incuruasti resistentes mi
chi subtus me: Inimicos meos dedisti michi
dorsum: odientes me: et disperdam eos: Cla
mabunt et non erit qui saluet: ad dominum
et non exaudiet eos: Delebo eos ut pulue
rem terre: quasi lutum platearum com
minuam eos atque confringam: Saluabis
me a contradictionibus populi mei: custodies me
in caput gencium: populus quem ignoro seruiu
et michi: filii alieni resistent michi au
ditu auris obedient michi: filii alieni deflux
erunt: et contrahentur in angustiis suis:

Vivit dominus et benedictus deus meus et exaltabitur deus fortis salutis mee. Deus qui das vindictas michi et deiecisti populos meos sub me. Qui educas me ab inimicis meis et a resistentibus michi elevas me. A viro iniquo liberabis me. Propterea confitebor tibi in gentibus domine et nomini tuo cantabo. Magnificans salutes regis sui et faciens misericordiam xpo suo david et semini eius usque in sempiternum.

XXIII

Hec autem sunt verba novissima que dixit david filius ysai. Dixit vir cui constitutum est de xpo dei iacob egregius psaltes israel. Spiritus domini locutus est per me et sermo eius per linguam meam. Dixit deus israel michi locutus est fortis israel dominator hominum iustus dominator in timore dei. Sicut lux aurore oriente sole mane absque nubibus rutilat et sicut pluviis germinat herba de terra. Nec tanta est domus mea apud deum ut pactum eternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum. Cuncta enim salus mea et omnis voluntas. nec est quicquam ex ea quod non germinet. Prevaricatores autem quasi spine evellentur universi que non tolluntur manibus. et si quis tangere eas voluerit armabitur ferro et ligno lanceato. igneque succense comburentur usque ad nichilum. Hec nomina david. David sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus qui octingentos interfecit impetu uno. Post hunc eleazar filius patrui eius ahohi inter tres fortes qui erant cum david quando exprobraverunt philistiim et congregati sunt illuc in prelium. Cumque ascendissent viri israel ipse stetit et percussit philisteos donec deficeret manus eius et obrigesceret cum gladio. Fecitque dominus salutem magnam in die illa et populus qui fugerat reversus est ad cesorum spolia detrahenda. Et post hunc semma filius agee de arari. Et congregati sunt philistiim in statione. Erat quippe ibi ager plenus lente. Cumque fugisset populus a facie philistiim stetit ille in medio agri et tuitus est eum. percussitque philisteos et fecit dominus salutem magnam. Necnon et ante descenderant tres qui erant principes inter triginta et venerant tempore messis ad david in speluncam odollam. Castra autem philistinorum erant posita in valle gigantum et david erat in presidio. Porro statio philistinorum tunc erat in bethleem. Desideravit ergo david aquam de lacu et ait. Si quis daret michi potum aque de cisterna que est in bethleem iuxta portam. Irruperunt ergo tres fortes castra philistinorum et hauserunt aquam de cisterna bethleem que erat iuxta portam. et attulerunt ad david. At ille noluit bibere sed libavit eam domino dicens. Propitius sit michi dominus ne faciam hoc. Num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt et animarum periculum bibam. Noluit ergo bibere. Hec fecerunt tres robustissimi. Abysai quoque frater ioab filius sarvie princeps erat de tribus. Ipse est qui levavit hastam suam contra ccc quos interfecit nominatus in tribus et inter tres nobilior. Eratque eorum princeps. sed usque ad tres primos non pervenerat. Et banaias filius ioiade viri fortissimi magnorum operum de capseel. ipse percussit duos leones moab et ipse descendit et percussit leonem in media cisterna in diebus nivis. Ipse quoque interfecit virum egyptium virum dignum spectaculo habentem in manu hastam. Itaque cum descendisset ad eum in virga vi extorsit hastam de manu egyptii et interfecit eum hasta sua. Hec fecit banaias filius ioiade. Et ipse nominatus inter tres robustos qui erant inter xxx nobiliores. Verumptamen usque ad tres non pervenerat. Fecitque eum sibi auricularium a secreto david. Asael frater ioab inter xxx. Elcanan filius patrui eius de bethleem. Semma de arari. Elicha de arodi. Helas de phalti. Hyra filius acces de thecua. Abiezer de anathoth. Mobonnai de usathi. Selmon ahohites. Maharai netophatites. He

·foraū

egiptiu

ces horreor: qui imperaverunt in terra seyr. Reges
autem qui regnaverunt in terra edom antequam ha
berent regem filii israel: fuerunt hii. Balach
filius beor. nomenque urbis eius denaba. Mor
tuus est autem balach. et regnavit pro eo iobab fi
lius zare de bosra. Cumque mortuus esset io
bab: regnavit pro eo husam de terra themanorum.
Hoc quoque mortuo regnavit pro eo adad filius
badadi. qui percussit madian in regione mo
ab. et nomen urbis eius abuith. Cumque
mortuus esset adad. regnavit pro eo semla de
masereca. Hoc quoque mortuo regnavit pro
eo saul de fluvio roboth. Cumque et hic obis
set: successit in regnum balanam filius a
chobor. Isto quoque mortuo: regnavit pro eo
adad. Nomenque urbis eius phau. Et appella
batur uxor illius meezabel filia machret fi
lie mezaab. Hec ergo nomina ducum esau
in cognationibus et locis et vocabulis suis:
dux thanna. dux alua. dux ietheth. dux ooliba
ma. dux ela. dux phinon. dux ceneth. dux
theman. dux mabsar. dux madiel. dux yra.
hii duces edom habitantes in terra imperii sui.
Ipse est esau pater ydumeorum. Habitavit autem iacob
in terra chanaan in qua pater suus peregrinatus
est. et hee sunt generationes eius. XXXVII
Ioseph cum xvi esset annorum pascebat gregem
cum fratribus suis adhuc puer. et erat cum
filiis bale et zelphe uxorum patris sui. Accu
savitque fratres suos apud patrem crimine pessi
mo. Israel autem diligebat ioseph super omnes
filios suos: eo quod in senectute genuisset eum.
Fecitque ei tunicam polimitam. Videntes autem
fratres eius quod a patre cunctis filiis amaretur:
oderant eum. nec poterant ei quicquam paci
fice loqui. Accidit quoque ut visum somnium
referret fratribus suis. Que causa: maioris
odii seminarium fuit. Dixitque ioseph fratribus
suis. Audite somnium meum quod vidi. Pu
tabam ligare nos manipulos in agro: et quasi
consurgere manipulum meum et stare. vestros
que manipulos circumstantes adorare ma
nipulum meum. Responderunt fratres eius. Num
quid rex noster eris. aut subiciemur dicioni tue?
Hec ergo causa somniorum atque sermonum
invidie et odii fomitem ministravit. Aliud
quoque somnium vidit quod narrans fratribus
ait. Vidi per somnium quasi solem et lunam. et stel
las xi. adorare me. Quod cum patri suo et fratribus re
tulisset: increpavit eum pater suus. et ait. Quid
sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego
et mater tua et fratres tui adorabimus te super
terram. Invidebant igitur ei fratres sui. pater vero
rem tacitus considerabat. Cumque fratres illius
in pascendis gregibus patris morarentur in si
chem: dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt o
ves in sichimis. veni mittam te ad eos. Quo re
spondente presto sum: ait. Vade et vide si cuncta
prospera sint erga fratres tuos et pecora: et renun
cia michi quid agatur. Missus de valle ebro
venit in sichem. Invenitque eum vir errantem in
agro. et interrogavit quid quereret. At ille respondit.
Fratres meos quero: indica michi ubi pascant
greges. Dixitque ei vir. Recesserunt de loco isto.
Audivi autem eos dicentes: eamus in dothaim.
Perrexit itaque ioseph post fratres suos et invenit
eos in dothaim. Qui cum vidissent eum procul
antequam accederet ad eos: cogitaverunt illum occi
dere. et mutuo loquebantur. Ecce somniator
venit. Venite occidamus eum et mittamus
in cisternam veterem: dicemusque. Fera pessima
devoravit eum. Et tunc apparebit quid pro
sint illi somnia sua. Audiens autem hec ru
ben. nitebatur liberare eum de manibus eorum: et
dicebat. Non interficiamus animam eius. nec
effundamus sanguinem: sed proicite eum in ci
sternam veterem que est in solitudine: manus
que vestras servate innoxias. Hoc autem dicebat
volens eripere eum de manibus eorum. et reddere patri
suo. Confestim igitur ut pervenit ad fratres
suos: nudaverunt eum tunica talari et po
limita. miseruntque in cisternam veterem que non
habebat aquam. Et sedentes ut comederent pa
nem: viderunt hismahelitas viatores venire
de galaad. et camelos eorum portantes aroma
ta et resinam et stacten in egiptum. Dixit ergo
iudas fratribus suis. Quid nobis prodest si oc
ciderimus fratrem nostrum et celaverimus sangui
nem ipsius? Melius est ut venundetur his
mahelitis. et manus nostre non polluantur. Frater
enim et caro nostra est. Acquieverunt fratres sermoni
bus eius: et pretereuntibus madianitis negO

ST1276/8c
ST12778.0522

Ego dñs omnipotens. Cresce et multi
plicare. Gentes et populi nationū ex te erūt:
reges de lumbis tuis egredientur. Terramq;
quā dedi abraham ⁊ ysaac: dabo tibi et semini
tuo post te. Et recessit ab eo. Ille uero erexit titu
lum lapideum in loco quo locutus fuerat ei
deus: libans sup eum libamina ⁊ effundens
oleum. uocansq; nomē loci illius bethel. Egres
sus aū inde: uenit uerno tempe ad terram que
ducit effrathan. In qua cum pturiret rachel:
ob difficultatem partus piclitari cepit. Dixit
q; ei obstetrix. Noli timere: q; ⁊ hunc habebis fi
lium. Egrediente aū anima pre dolore et imi
nente iam morte: uocauit nomē filij sui ben
noni. id est filius doloris mei. Pater uero appel
lauit eum beniamin: id est filius dextre. Mor
tua est ergo rachel. et sepulta est in uia q̄ du
cit effrathan. hoc est bethleem. Erexitq; iacob
titulum sup sepulcrum eius. Hic est titulus
monumēti rachel: usq; in presentem diē. Egres
sus inde fixit tabernaculum trans turrem gre
gis. Cumq; hitaret in illa regione: abijt ru
ben. et dormiuit cum bala concubina patris
sui. Qd illum minime latuit. Erant aū filij
iacob. xij. Filij lye primogenitus. ruben ⁊ sy
meon. et leui. et iudas et ysacar. et zabulon.
Filij rachel: ioseph et beniamin. Filij bale an
cille rachelis dan. ⁊ neptalim. Filij zelphe an
cille lye: gad. ⁊ aser. Hij filij iacob: qui nati
sunt ei in mesopotamia syrie. Venit etiam
ad ysaac prem suū in mambre ciuitatem
arbee. hoc est ebron. in qua pegrinatus est a
braham et ysaac. Et completi sunt dies ysa
ac. c. lxxx. annorū. Consumptusq; etate mor
tuus est. et appositus est populo suo senex et
plenus dierum. Et sepelierunt eum: esau
et iacob filij sui. XXXVI

Hec aū sunt generationes esau: ipse est
edom. Esau accepit uxorem de filiabus
chanaan: ada filiam elon ethei et colibama fi
liam ana. filie sebeon. euehi. bathsemathq; fi
liā ysmael sororem nabaioth. Pepit aū ada
eliphath. bathsemath genuit rahuel. Coli
bama genuit hieus et hielon et chore. Hij fi
lij esau qui nati sunt ei in terra chanaan. Tu
lit aū esau uxores suas et filios et filias et
omnem animam domus sue et substanci
am et pecora. ⁊ cuncta que habere poterat in
terra chanaan. et abijt in alteram regionem:
recessitq; a fratre suo iacob. Diuites enim e
rant ualde. et simul hitare nō poterant. nec
sustinebat eos terra pegrinacōis eorū p multi
tudine gregum. Habitauitq; esau in mōte
seyr. ipse est edom. Hee aū sunt generationes
esau patris edom in monte seyr. et hec nomina
filiorum eius. Eliphath filius ada uxoris
esau. Rahuel quoq; filius bathsemath uxo
ris eius. Fueruntq; filij eliphath theman.
omar. sepho et gathan. ⁊ ceneth. ⁊ chore. Erat
aū tanna concubina eliphat filij esau. que
pepit ei amalech. Hij sunt filij ada uxoris e
sau. Filij aū rahuel. naath et zara. sēma. ⁊ me
za. Hij filij bathsemath uxoris esau. Isti quoq;
erant filij colibama filie ana. filie sebeon:
uxoris esau. quos genuit ei. hieus ⁊ hielon.
⁊ chore. Hij duces filiorū esau. Filij eliphat pri
mogeniti esau: dux theman. dux omar. dux
sephua. dux ceneth. dux chore. dux gathā. dux
amalech. Hij filij eliphat in terra edom. ⁊ hij
filij ada. Hij quoq; filij rahuel filij esau:
dux naath. dux zara. dux senna. dux me
za. Hij aū duces rahuel: in terra edom. Isti fi
lij bathsemath uxoris esau. Hij aut filij
colibama uxoris esau. dux hieus. dux ihe
lon. dux chore. Hij duces colibama filie ana
uxoris esau. Isti sunt filij esau. ⁊ hij duces
eorum: ipse est edom. Isti sunt filij seyr. hor
rei habitatores terre: lothan et sobal ⁊ sebeon
et anan ⁊ dison. et eser ⁊ disan. Hij duces
horrei filij seyr: in terra edom. Facti sunt autē
filij lothan. horri et heman. Erat aū soror
lothan: thanna. Et isti filij sobal. alnan. et
maneeth. et ebal. sephi ⁊ onam. Et hij filij
sebeon: achaia. ⁊ ana. Iste est ana qui inue
nit aquas calidas in solitudine cum pasce
ret asinas sebeon patris sui. Habuitq; filiū
disan et filiam colibama. Et isti filij disan
amdam et esban. ⁊ ihetran. ⁊ charan. Hij quoq;
filij heser. baalan et zeuan et acham. Habuit
aū filios disan. hus ⁊ haran. Hij duces horre
orum. Dux lothan. dux sobal. dux sebeon. dux
ana. dux dison. dux heser. dux disan. Isti du